


Joachim Just Breithaupt Johann Christoph Meurer


Peri Tu Tys Hyiothesias Pneumatos Seu De Adoptionis Spiritu, ex Paulinis Verbis ad Romanos C. VIII,14, 15, 16, seqq: & ad Galatas C. IV,6. &c. Schediasma

Halae: Zeitlerus, 1700

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn819194905>

Druck Freier  Zugang





a. B.
48. 6. 8. 11. 68#

1. Breithauptii Dissertat: I. de Perfectione Partium

Ejurdem observat: Theologicae de Haeresi
dissat: de Incrementis in Bono et Malo
inonymis Lichtheidii.
de Nervis Pelagianismi.

Animadversiones selectae ex Antiquis probatissimis vel de viis
quorundam opinionum in ecclesia reserendae.

Exercitatio exegetica in Epistolam S. Pauli in Titum.
de vera Dei verum Sacramm Notitia

2. Antonii Exercitatio Theologica de Redemptione Christi per Lytton.

Ejurdem Meditatio Theologica de ~~conversione~~ divina propagatione
religionis christiana sub cruce.

3. Breithauptii $\epsilon\pi\sigma\tau\alpha\tau\omega\nu\sigma\iota\varsigma$ $\epsilon\psi\chi\alpha\iota\omega\nu\tau\omega\nu$ $\lambda\omicron\gamma\iota\omega\nu$ S: Forma Sacramm
Ejurdem dissertat: de concubitu a Christo reprobato.
et Apopulit prohibito.

Dissertatio II de Perfectione Partium.

Observationum Theologicarum ex Commentario B. Luthari in
Galatas Exercitationes X.

Dissertatio Syncretica Adami primi et Secundi
ex dicto 2 Cor: 4. 2a. exhibens in argumentis
observationes Theologicae de Imagine Dei
de Notis candidiorum S. Minipereii
de Nexu communionis nostrae cum Deo
inonymis Zeroldi.

de Angelis in Matth: XVIII. 10. inonymis Bayeri

de Myserio unionis fidelium cum Deo et Christo
inonymis.

de pecum christianaum veritate

de Vocazione primaria et secundaria

de Vita Christi in fidelibus in galat: II. 20.

$\pi\tau\epsilon\lambda\tau\omicron$ $\tau\eta\varsigma$ $\nu\iota\tau\epsilon\sigma\iota\alpha\varsigma$ $\pi\tau\epsilon\upsilon\pi\alpha\epsilon\tau\omicron\varsigma$ S: de Ado-
ptionis Spiritu. inonymis Mouseri.

176
Ja-1092 (68)

Breithaupti Animadversiones exegeticae dogmatico-practicae
in Epistolam S. Pauli ad Galatas.

de studio Theologiae, inauguralis Lysii.

Animadversiones exegeticae dogmatico-practicae
in Epistolam S. Pauli ad Philippenses.

Antoniae Tractatus Theologicus de Natura et gratia in Materia
de virtutibus.

Observationes Theologicae de conversione Samaritanorum
ad Christianismum ex Joh: 17.

de insigni harmonia fidei quae iustificat et gratiam
iustificandi dicitur ex libris Symbolicis.

de Superstitione iulibet pontificii imprimis Bullae virginis
Innocentii XII. inauguralis de Lith.

Tractatus theologico-moralis de genuino principio
actionum christianarum.

Sketches historico-theologicae in varia Rationalismi
et Rationalismi capita.

de Estimatione rationis humanae theologicae.

de Libertate christiana Atheismi Evangelici

de Pallo Lutheri Animadversiones homines-theologicae
advocat Cardinal: Pallavicinum et alios disputationes.

de odio poenitentiali.

Programma repetitivum Lt. Theol: B. Chemnitii
intimans.

de ortu Mali hujus profundissimi in homine recepti
Atheismi theologici.

Spicilegium historico-ecclésiasticum ex Praefat: B. Lutheri
in libro vet: Testamenti.

Consideratio theologica contritionis salutariae.

de Autoritate Ecclesiae, quae Mater est, positiones
theologicae ex Hof: II. 2.

Disquisitionis de qualitate fundamentorum

Bigae Meditationum biblicarum, una de Immanele
ex Math: 1. 18. altera de vobis dolen.

libris consuetudinibus ex Hof: II. 2.

Exercitio historico-theologicae de vita Harmonis
Episcopi Huldrychi episcopi.

Veste

Antonii Disertatio de Spiritu Moderationis occasione
dicti 2 Timoth: 1. 7.

Veritas Christianae Religionis ipsis iudicium
obtectationibus confirmata expostat.

Breithauptii Theses Theologicae de Myseris concis
ex utraque epistola ad Corinth: potissimum derivatae

Antonii de ^cognomina fidelium

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΥΣ ΤΙΘΘΕΣΙΑΣ ΗΝΕΥΜΑΤΟΣ
SEV
DE

ADOPTIONIS SPIRITU,

*ex Paulinis Verbis ad Romanos C. VIII, 14, 15, 16, seqq:
& ad Galatas C. IV, 6. &c.*

SCHEDIASMA,

AUXILIANTE EODEM SPIRITU,

IN ACADEMIA FRIDERICIANA,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

**DN. FRIDERICO WIL-
HELMO.**

ELECTORATUS BRANDENB. HÆREDE, &c, &c.

P R Æ S I D E

DN.

JOACH. JUSTO BREITHAUPT,

S.Th. D. & P.P. Consiliario Eccles. Semin. Theol.

Directore, Facult. Th. h. t. Decano,

PRO SUPREMO IN THEOLOGIA GRADU

OBTINENDO

publicæ συζητήσεως propositum à

M. JO. CHRISTOPHORO MEURERO,

Vocato & Confirmato Adjuncto Superintendente Palæo-Mar-

chico Generali, Pastoreque ad D. Nicolai apud Stendalienses, & Designato

Successore in utroque officio.

A. O. R. c. l. o. l. o. c. c. d. XXX. M. Jun. horis ante. & pomeridianis

HALÆ, Typis CHRISTOPH. ANDREAE ZEITLERI, Acad. Typ.

ADOPTIO
SPIRITU

DR. FRIEDRICH WILHELM

IOACHIMUS PRESTIGIUS

PRO SUPREMO IN THEOLOGIA GR

M. JO. CHRISTOPH

VOGEL & COMPAGNIE



SANCTO SPIRITU SOSPITANTE!



Agna & multa Sanctæ Theologiæ *PRÆFA-*
lunt Myſteria, ex Verbo Divino, *MIEN.*
Duce Unico ac Doctore Spiritu
Sanctiſſimo, ſuo ordine pernoſcen-
da, atque intimo cordis adfectu ru-
minanda. Quæ ſingula ex ὁμολο-
γεμένως magno pietatis Myſterio,
I. ad Timoth. III, 16. ceu unico fon-

te, ſuaviſſima flumina, dimanant, atque in idem quaſi mare
refluunt. In quibus omnibus abyſſum Divinæ gratiæ pia
animi mente venerari, devotoque obſequio circa eadem
verſari, noſtrum eſt. Urget hoc vel ipſa humanarum men-
tium circa Divina Myſteria, poſt inductam à lapſu cœciti-
tem ac corruptionem omnimodam, conditio, quæ tam mi-
ſera ac deploranda eſt, ut non niſi *Novæ* Spiritualis indolis
creatione per Gratiam, quæ eſt in Chriſto Jeſu, emendari ac
ſuperari queat. Quam ipſam neceſſitatem indixit Sospita-
tor Optimus Maximus, JESUS CHRISTUS, Principi in Ju-
dæis Doctori, veram ſalutaris agnitionis ex Ipſo viam ſoli-
citè perquirenti, ita exponens: Ἀμήν, ἀμήν λέγω σοι, εἰάν μή
τις γεννηθῆ ἄνωθεν, (ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος) ἔ δύναται ἰδεῖν (εἰ-
σελθεῖν εἰς) τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ioann. C III, 3, 5. Quæ vel
ſola momenta, ſub tanto omnis beatitatis, æternæ inſpri-
mis,

Α

* (4) *

mis, dispendio inevitabili præcepta, omnes, quicumque nomen de Christi nomine ducunt, maximè verò Divinorum Myſteriorum præcones, ſanctiſſimo ardore deberent inflammare, ut unicâ hâc quæ ad veritatem & ſalutem ſecure ducit, excuſſis conſcientiæ adytis, *teſtimonium Spiritus Sancti*, in verbo ſonantis, pure exciperent, & ἐν καθαρᾷ συνειδήσει cuſtodirent Sanctum illud depositum: Quod ſolum ἀμεταπτώτως ἢ ἀκινήτως de ſalutis veritate reddit certos. Quotendit omnis Theologia, cujus ancora omninò eſt ſvaviſſimum μαρτύριον τῆ τῆς υἰοθεσίας πνεύματι. De quo breviſſimis jam agemus.

Προλεγόμενα ſiſtens
de LEGE
per
DEFINITIONES,

Prius vero, quam rem exponamus ipſam, neceſſarium erit omnino, non nulla prælibare De LEGE α CREATIONIS, β CORRUPTIONIS, & γ REGENERATIONIS: Cum in ipſa deinde argumenti conſideratione ſæpiuſcule huc recurrentum ſit, &, ut res eo diſtinctius proponatur ad vitandam periculofam materiaram, quandoque concurrentium, σύγχυſιν, omni ſtudendum curâ. Eſt hæc

LEX α CREATIONIS, in creatione indita hominum animis: poſt lapſum autem certo modo repetita ſæpiuſ, tandem ipſo Dei digito in Scripturam redacta, à Moſe publicata & explicata, à Prophetis illuſtrata, à qua Vetus Teſtamentum nomen ſibi proprium fecit; unde Chriſtus ait:

LEX fuit uſque ad Ioannem. Matth. XI, 13. Luc. XVI, 16.

Dicitur LEX ſpiritualis. Rom. VII, 14. tum ratione, revelationis poſt lapſum factæ, LEX absolute, quam aliàs Moralem dicunt, ibid. v. 7, 8. 12. Bona, ib. Dei, ult. VIII, 7. etiam appellatur Lex peccati, non formaliter, vid. VII, 7. & 12. VIII, 2. ſed, quia principium eſt cognoscendi peccata, VII, 12. ipſorumque vim augendi, v. 13. C. V, 20. & mortis, v. 10, 13. non ſolum, qua mortem tranſgreſſoribus dicitat; verum etiam

* (5) *

iam, qua vim occidendi spiritualem exercet. Porro Παιδαγωγός εἰς Χριστόν Gal. III, 24. ac I. Cor. XV, 56. propter hæc omnia δύναμις τῆς ἀμαρτίας vocatur. Quæ denominationes appositæ, sitres priores excipias, omnes ex accidenti huic Legi conveniunt. Sedes illius, pro diversa statuum ratione, sunt corda humana, nunc quidem per scripturam Sacram eâ de-
nuo imbuenda.

LEX β CORRUPTIONIS (ἀκύρωτος dicta) formaliter est habitus peccati, per primum peccatum in omnes homines introducti, perpetuus LEGIS DIVINÆ hostis, Rom. VII, 14, 17, 18, seqq. cujus reliquiæ cuiusvis, & renato, adhærent, dum mortalis corporis exuvia ponuntur.

Dicitur Lex *carnis* Rom. VII, 21. Lex *in membris*, 23. Lex *peccati, in membris existens* ib. Lex *peccati, ἀπλῶς* 25. & *mortis, formaliter ac consequenter*, Rom. VIII, 6. Peccatum *inhabitans*, Rom. VII, 17. 20. &c. Sedes ejus CARO est, dictitante Paulo entheo, Rom. VII, ult. VIII, 1.

LEX γ REGENERATIONIS nihil aliud est, nisi veræ in Christum fidei, è verbo Evangelii haustæ, Rom. X, 8. & quæ hanc sequuntur, ἴπ, C. VI, 17. in mente hominis renati expressus.

Nominatur Lex *Christi* Gal. VI, 2. ὁ νόμος τῆς πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, VIII, 2. νόμος δικαιοσύνης Rom. IX, 31. ἐλευθερίας Jac. II, 12.

Cujus Sedes, Spiritus Mentis Renatæ est, Rom. VIII, 1.

α Lex *Moralis*, omnes homines (intellige in *statu desituito*, AXIOMATA & propter ἀδυναμίαν implendi propriam) condemnat: ratio videatur Rom. VIII, 3. & morti tradit, VII, 13.

β Lex *Corruptionis* a Satana & voluntate hominis est, I. Joh. III, 8. Rom. V, 12, &c. & per Legem Divinam *Moralem*

* (6) *

ralem efficax redditur ad fructificandum morti, Rom. VII, 5.

γ Lex *Regenerationis* seu SPIRITUS liberavit à condemnatione utriusque, eos nimirum, qui in Christo JESU, & non juxta carnem, sed juxta Spiritum ambulant, Rom. VIII, 1, 2. vivificans in Christo JESU, VIII, 2. Minimè tamen Lex *moralis* contraria est Legi *Spiritus*; sed per hanc stabilitur Rom. III, 31.

PORIS-
MATA.

Observ. α Legi per se & in se nihil impossibile fuisse, Rom. VIII, 3. coll. Gal. III, 21. Erat quippe *Gnomon* & *Canon* Divinus, falli & frangi nescius, imo Cynosura, exigens omnium actionum rectitudinem omni ratione & externam & internam, commensurans & adæquans virtutem & perfectionem, primo homini per Creationem ita concessam, ut in omnes derivaretur; quam ceu *caput* & *morale* & *Physicum* cum decoxisset propria culpa, (Deo enim aut legi culpam affricare, injustissimum foret) in *communione* & sceleris & culpæ traxit suos omnes surculos, naturali ordine ex se propagandos. Hinc LEX *jure* eandem, quam antea, *exigendo* accuratam perfectionem, licet post non repertam, gravius supplicium, postulando debitum, accersivit. Non ergò Legi, ceu *Directorici* humanæ infirmitatis, ac impossibilitatis indici, illud, sed homini, ceu *dirigendo*, & averfam à *directrice* viam calcanti, tribuendum. Conf. Rom. VIII, 3. Gal. III, 21.

β Maximum in *Conversionis* Mysterio impedimentum è Carne pronasci, quod clarissimè apparet Rom. VIII, 3.

γ Omnem nostram salutem, & *μεσσηνός* liberationem à maledicto Legis & imperio Carnis, Rom. VIII, 1, 3. gratuitæ Dei Patris *Gratia*, & *Amori* Filii ejus Unici, transcribendam esse. Conf. Rom. VIII, 3. ita quidem, ut τὸ δικάσιμα τῆ νόμου, (per Christum completum) & in nobis compleatur, h. est, omnis Christi Justitia pro nostra habeatur, quatenus in Eo sumus,

* (7) *

sumus, v. i. ἢ μὴ κατὰ σάρκα περιπατῶμεν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα, *Accessus ad Rom. VIII, 4.* Φρονῶντες τὰ τῷ πνεύματι v. 5. cum Spiritus DEI & Christi in nobis habitet, faciens nos filios DEI & Christi v. 9. De quo nunc agere, quantum Divina Gratia in nobis permiserit, σὺν τῷ ἁγίῳ, animus est, ac ea quidem, qua & fas est, & licet, brevitate. Prolixiorem argumenti hujus exegesis temporis nostri, quo coarctamur, brevitatis, & muneris jamjam adeundi, Divina sic jubente Pronoea, injuncta à *Potentissimo Electore, Domino nostro Clementissimo*, necessitas non permittit: Unde brevem synopsis, seu Sciagraphian malis, solenni συζητήσει, Venerandi Ordinis Theologici consensu, sistere visum est. Cætera suo tempore Σ. Θ. alia occasione exequemur. Hæc verò sequentius μελετήματ^ο summa capita classesque erunt: ut scil. I. *Origine* Hujus Spiritus investigata, una cum II. *Iure ad υιοθεσίαν*, III. *Naturam* curatius inspiciamus, ac *proprietas* dijudicemus, & expensis ipsis IV. *Effectis*, & V. *κριτηρίοις*, VI. *Contraria* ejus perquirentes, tandem VII. *Subjungendo sine* concludamus: quibus præsticis, nonnulla de *Elembo & Praxi* circa hoc argumentum adjiciemus.

I.

Cognoscendum primum, ut à *vocabulorum* cognitione in ipsius rei veniamus notitiam, quid his nostris *Significatio* Scripturæ locis ΠΝΕΥΜΑ significet, quod judicatu *Π. Πνεῦμα* difficile non est; videl. notat III^{am} in ordine SS. *Trinitatis Personam*, peculiari ratione, ad sanctificationem nostram, & quæ eò spectant, concurrentem, ac *συμμαρτυροῦντα τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμεν τέκνα Θεῶ.* Rom. VIII, 16. coll. 9, 10, 11, 14.

II. Appellatur Πνεῦμα Θεῶ, (Θεὸς Act. V, 4.) quo ipso illius origo, ut ab hac exordiamur, intimatur. Quam non, nisi Divinam, esse, testatum faciunt tot illustria Scripturæ *I. ORIGO.* *Consideratur hic Spiritus vel* *cta.*

A 3

*in se & Ab-
solute.*

Enim vero Rom. VIII, 9. 14. appellatur: πνεῦμα θεῶν, (ratione *identitatis essentialis* cum Deo) κρείττον. πνεῦμα τῶ ἐγγεί-
ραντ' Ἰησοῦ ἐν νεκρῶν vers. II. πνεῦμα τῶ ὕδ' τῶ θεῶ. Gal. IV, 6.
τὸ πνεῦμα τῆς ἐπαγγελίας τὸ ἅγιον Eph. I, 13. non tam ratione
essentialis, quam officii.

*Vel respe-
ctu nostri.*

III. Est vero hic Spiritus *missus* à Deo in corda nostra, Gal. IV, 6. quem *accepimus*, Rom. VIII, 15. ἅν ἐξ ἔργων νόμος, ἀλλ' ἐξ ἀκοῆς πίστεως, (respectu *medii* conferentis,) Gal. III, 2, 5. & *habemus*. Rom. III, 9. Unde habitat in nobis ib. 9, 11. & nos eo agimur, vers. 14. Dicitur porro *arrhobo* & *pignus*, 2. Cor. I, 22. C. V, 5. Eph. I, 14. quo Deus de salute & *Gratia* & *Gloria* certos nos reddit. Distinguendus ergo omnino est hic ipse Spiritus à *motibus* Spiritualibus, ab ipso excitatis, de quibus multis agitur locis N. T. cum quibus etiam præsentissime adest: distinguendus à *Spiritu*, qui *carni* opponitur Gal. V, 17. cujus ipse Auctor, & ceu novæ creaturæ Creator est.

*ADOPTIO
quid?*

IV. Adoptio, vox in foro humano Jctis propria & c. in foro *Divino* *ὁμοθεσία* est judicialis illa actio Dei, qua ex merâ & Gratuita Gratia & misericordia, verè credentes, in Christo, Unigenito ejus Filio, scribuntur filii Dei, ipsiusque Spiritus testimonio donantur. Rom. VIII, 15. Gal. IV, 6.

*Respectus
Justificati-
onis.*

V. Gratiola hæc Dei sententia, qua fideles in tam sublimem dignitatem evehuntur, justificationi est connexa. Quibus per Spiritum ea intimatur, cum, à peccatis justificati, suavissimo filiorum adfectu imbuuntur, Deumque, ut Patrem, compellare discunt. Joh. VI, 45. Hinc est, quod Scriptura Sacra paulo distinctius nos edocetur, quod *justificati* habeant jus plenum & certum petendi possidendique bona omnia, quæ Dei sunt, dicat eos, qui credunt, esse adoptatos: quocirca Divus Joannes dicti illius juris fundamentum ponit ἐξ ἑστίαν τέκνα θεῶ γενέσθαι. cap. I, 12. Apparet inde inprimis naturæ humanæ miserima post lapsum con-
ditio,

* (9) *

ditio, qua fit, ut naturâ omnes nascantur υιοι ὀργῆς, filii iræ,
& sic ad aliam familiam pertinēant, quæ diaboli est. Ex illa
igitur vere fideles translati sunt per meram gratiam in fa-
miliam Dei, quæ est communio cum Deo & Christo, Ange-
lis & Sanctis omnibus, sive in cœlo, sive in terra sint. Quæ
ipsa translatio in familiam Dei, uti per Spiritum Sanctum,
excitantem in ipsis fidem, facta est; ira per eundem, animan-
tem ipsos continuata sua potentia ad tales actus, qui digni
sunt Filiis Dei & hæredibus omnium bonorum ejus, firma-
tur & subsistit. Atque hinc Spiritus, id perficiens, vocatur
τὸ τῆ ὑνθεσίας πνεῦμα, Spiritus Adoptionis.

VI. Adoptio autem unicè & solùm pendet ab *incarna-
tione* Filii Dei & *satisfactione*, ceu fundamento, qui istud *axio-
ma*, partim ut Redemptor parauit, partim ut Filius Dei *primogenitus*, nobisque ex humanâ naturâ frater, confert & ap-
plicat; quin omnis hujus honoris centrum est, ex quo omnia
prodeunt, & in quod omnia redeunt Gal. IV, 4, 5. coll Rom.
IV, 2. Huc enim, velut ad ultimum finem, omne de Christo
mysterium respicit: De quo Thef. Fund. D Breith. L. IV. C.
I. Th. M. II. Q. I. verba nostra faciemus: *Hic erat finis unionis
personalis in Christo, ipsiusque ex eâ redemptionis præsitis, ut,
postquam humana in Christo natura plenitudinem Deitatis om-
nem ex communiōne ipsa receperat, nobis inde indoles Divina,
sublato veteris pravitatis dominio, communicaretur, ad instau-
randam in nobis imaginem Dei, seu sanctificationem, ex Christo,
ut fratre nostro primogenito &c.* Testatur de hoc fundamen-
to & scopo hujus mysterii, sine quo nihil in Scriptura veri ac
salutaris percipi potest, Spiritus S. multis in locis: nimirum ad
Hebr. II, 10, 11, 12. Ἐπεὶ γὰρ αὐτῷ, (Θεῷ) δι' ἃ τὰ πάντα, πολλὰς
ὕμνος εἰς δόξαν ἀγαγόντα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ πα-
θημάτων τελειῶσαι. Ὁ, τε γὰρ ἀγιάζων καὶ οἱ ἀγιαζόμενοι, ἐξ ἐνὸς
πάντες. Διὴν αἰτίαν ἔκ ἐπαιχύνεται ἀδελφοὺς αὐτῆς καλεῖν, λέ-
γων

Adoptionis
fundamen-
tum.

* (10) *

γων. Ἀπαγγελά τὸ ὄνομά σε τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ ἐκκλη-
σίας ὑμνήσω σε. Eph. I, 5. Προορίσας ἡμᾶς εἰς υἰοθεσίαν διὰ ἰησοῦ
χριστοῦ εἰς αὐτόν. I. Joh III, 1. Rom VIII, 32. Ὅσῳ τῶ ἰδίῳ υἱῷ ἐκ
ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν, πῶς ἔχει καὶ σὺν
αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίζεται. Gal. IV, 4, 5. quæ pia meditati-
one sunt expendenda.

II. *JUS AD*

υἰοθεσίαν.

VII. *Jus* ergò ad υἰοθεσίαν per fidem seu per Christum
ἀνευ διαστολῆς Rom. X, 11, 12. Gal. II, 17. Conf. III, 28. V, 6. *acqui-*
ritur, non (1) per carnalem Generationem ex iis, quorum
erat υἰοθεσία, Rom IX, 4, 5. nec enim omnes, qui ex Israële
sunt, Israelitas dixeris; neque, quia σπέρμα Abrahami, τέκνα
sunt; sed in Isaaco *semen* vocabitur; h. e. non filii Carnis sunt
Filii Dei, sed filii ἐπαγγελίας ad semen (DEI) numerantur,
Rom. IX, 6, 7, 8. & Fideles sunt Filii Abrahami Gal. III, 7, 9.
Ratio vers. 6.

Nec (2) per *opera Legis*, per quæ nulla Caro (homo,
per carnem corruptus, ac Deo detestandus) justificatur,
Gal. II, 16. Summa: Spiritus Sanctus filios Dei facit per fi-
dem in Christo Jesu, Gal. III, 26. quem in baptismo indui-
mus; vers. 27. καὶ δι' ἐξ ἔχομεν τὴν προσαγωγὴν οἱ ἀμφότεροί ἐν ἐνὶ
πνεύματι πρὸς τὸν πατέρα Eph. II, 18. Conf Joann. I, 12, 13 ἐ qui-
bus vera ratio patet, cur Spiritus Patris, Christi, *Spiritus ado-*
ptionis II. cc. appelletur.

Discrimen

inter ado-

ptionem

Divinam et

humanam.

IX. Patet jam discrimen inter adoptionem divinam
& humanam. Adoptio nimirum humana cum Divina in-
eo convenit; quod utraque gratuita sit & firma: differt;
quod ab hominibus non adoptentur, qui verè sunt filii, sed
qui *naturaliter* non sunt, & prorsus alieni nullo jure in fami-
liam cooptentur. A Deo verò nulli alii, nisi qui accepto
à Christo jure, ex eo per Spiritū hujus Filii unigeniti verè rena-
scuntur Joan I, 13. I. Joan. II, 29. IV, 7. V, 1. unde nova resultat
discriminis ratio: *Inter homines* enim adoptio externam so-
lum

* (II) *

lum dignitatem ac nomen affert, non autem ipsum naturæ Genium ac temperiem dare potest; cum *Divinâ* verò adoptione animo simul filiali imbuimur, cœlestis vitæ ac verè spiritualis primitias ac affectum filiorum inbibimus. Accedit, quod adoptio humana *defectu* & necessitate quadam, exorta sit, ad orbitatem Patrum solandam, & si quæ aliæ ex humanis imperfectionibus causæ sunt subnatæ; *Divinitus* autem *Αυταρκείς* ille & sibi ipse sufficiens ex summa bonitate ac Gratia homines non alienæ tantum familiæ, sed hostes, sibimet per se ipsum reconciliatos, adlegit in familiam suam. Cætera transimus.

IX. V. T. fideles *κληρονόμοι*, adeoque *τέκνα*, ad Rom. V. T. *fidelium*. VIII, 17. quidem erant *θεοὶ*, (*ἐκ ἐν νόμῳ*, licet fuerint *ὑπὸ νόμον*, *ἀλλ' ἐξ ἐπαγγελίας*, Gal. III, 18. *διὰ χριστῶ*, Gal. IV, 7. ut *προηλπικότες ἐν τῷ χριστῷ*, Eph. 1, 12.) sed *νήπιοι ὑπὸ ἐπιτρόπῃς καὶ οἰκονόμοις*, h. e. *ὑπὸ σκηνῆς τῶ κόσμου ἦσαν δεδωλωμένοι*, Gal. IV, 1. seqq. Quæ *δελεία* complectitur quidem hæreditatem cum jure ad eam, sed simul connotat hæredis conditionem, quæ *νήπιος* est, admodum infantis, & quamvis sit *κύριος πάντων*, tamen *ἐδὲν διαφέρει δέλῃς*. Unde simul *οἰκονομία* seu administratio illorum gratiæ bonorum, cum pignoribus ac symbolis suis, talis est, ut *ὑπὸ ἐπιτρόπῃς sit καὶ οἰκονόμοις*, eo usque, quo Pater præstituit. Quibus verbis tota Vet. Testamenti *οἰκονομία* patet. Habebant fideles illorum temporum Patrem *verf. 2.* erant *νήπιοι*. Unde *δεδωλωμένοι ὑπὸ τὰ σκηνῆς τῶ κόσμου*, i. e. obnoxii Legibus *Carimonialibus* cum omnibus comminationibus, iis adjunctis, *ἔλαβον πνεῦμα δελείας εἰς φόβον*, ad Rom. VIII, 5. cujus, ex analogia S. Sacræ, in eo versabatur indoles, quod, quamvis fideles de; remissione peccatorum, ex spe in promissum Messiam per ipsius Sacrificium plane certi fuerint, & non amplius peccato servierint, ab horrenda mortis maledictione liberi; tamen Sacrificis *Carimonialibus*

B

niis-

* (12) *

niisque legalibus & mundi elementis, ceu carnali ac molesto cultui, subiecti fuerint, Actor. XV, 10. quorum etiam minutissima accuratissime servanda. Hæcine φόβον non crearent? Erant subiecti *Curatoribus*, Sacerdotibus ac Doctoribus, quibus *Clavis* cognitionis tradita fuerat, Luc XI, 52. quodque primarium est, ante oblatum Christi in Cruce Sacrificium (*ἱλαστήριον*) non tantum cognitionis salutaris claritatem & gradus minores, sed & Spiritus mensuram ac modum tenuiorem fuisse, reservatis majore lumine ac πληροφορία N. Test. filiis, certum est: de quo pluribus Aph. XI. Hæc vero ipsa statuta Cærimonialia, *moralis* Legi addita, severissima ἀδυναμίας exprobratione & futurorum in Messia bonorum designatione typica, Pædagogi vices egerant apud fideles V. Test. εἰς χειρὸν, ἵνα ἐν πίστεως δικαιοθῶσι, quæ ventura tum erat: πίστις enim hic non *actum* illum affectuosissimum animæ poenitentis notat, quæ Christum sibi soli totum unum applicat, sed πλήρωμα τῆς χρόνης, præstituti temporis, quod per suas hæctenus periodos ad extremum complementum pervenit, illudque momentum attulit, in quod omnes illius partes ac periodi, velut in Centrum lineæ, feruntur, tam præteritæ, quam futuræ. Hoc momentum verò est ἐνσάρκωσις τῆς υἱῆς τῆς Θεῆς seu λόγος cum omni οἰκονομία sua usq; ad glorificationem, Joan. VII, 39. In qua, quæ ad χθρὲς ἢ σήμερον spectant, omnia uniuntur. *Scopus* hujus incarnationis absolutissima fuerat redemptio abs omni tyrannide Diaboli, peccato & morte, cuius vis abolita in morte & resurrectione Jesu Christi, quæ, suo ordine à nobis per fidem recepta, υἰοθεσίαν seu jus filiorum DEI plenarium adfert: idque sine pædagogo, sine metu, obsignante Spiritu Filii ac υἰοθεσίας, quem Deus mittit in corda filiorum, ut omnia illorum ex hoc fluent Spiritu spontaneo & sancto, ad Rom. VIII, 14. 15. Gal. IV, 5, 6.

à N. T. Fidelibus quæ υἰοθεσίαν differentia.

X. An-

* (13) *

X. Ante omnia verò observandum, de duplici *δελεία* Duplex
Apostolum & ad *Galatas*, & ad *Romanos*: Altera, quæ propria *δελεία*.
est V. Testamenti fidelibus ἀκκληρονόμοις, de qua præced. Aph.
egimus; Altera verò, quæ fœda servitus peccatorum ac mali
Spiritus est, agere: cujus vis quidem latius spectata, si à legis
revelatæ concursu abstrahas, maxime conspicua fuit apud
Gentiles, qui erant ἀθεοὶ ἐν τῷ κόσμῳ, Eph. II, 12. sese exseruit
ἐν χερόνις τῆς ἀγνοίας, Act. XVII, 30. quorum corda Deus hujus
mundi captiva duxerat: nec minus tamen omnibus illis ex I-
sraele cum Ethnicis erat communis qui essent Ἰουδαῖοι ἐν Φανε-
ρῳ, & non in κρυπτῳ, adeoque non habentes περιτομὴν καρδιάς
ἐν ΠΝΕΥΜΑΤΙ, sed γράμματι, ad Rom II, 28. 29. qui σπέρμα, non
τέκνα Ἀβραάμ, τέκνα τῆς σαρκός, ad Rom. IX, 7. 8. Summa:
omnes, qui per gratiam non erant liberati à peccatorum
reatu ac dominio, nec non Legis maledictione, fuerunt &
sunt δέλοὶ τῆς ἀμαρτίας, ad Rom. VI, 17. coll. 16, 18, 19, 20, seq.
De Gentibus ante conversionem, iterum speciatim Paulus ad
Gal. IV, 8, ait: ἐν εἰδότης Θεὸν ἐδεδύσατε τοῖς μὴ φύσει ἔσι θεῶν.
Ipsis vero Judæis incircumcisis corde, Joan. VII 31, seqq. Jesus
Christus hanc *δελείαν* exprobrat. Posterior autem *δελείας*
status, alteri, quæ V. T. fidelibus competeat, oppositus, ante
salutarem conversionē hominis maximè necessarius semper
notatu est, duplici specie vel securitatis vel hypocriseos sese
exserens; cujus quasi typus in Ethnicismo & Judaismo, sub
lege considerato, apparet. Quod quidem ad dignoscendum
statum *δελείας* perversæ, qui malus est, à Spiritu *δελείας* sub
œconomia Legali, qui bonus est, nec non à Spiritu *ὁμοθεσίας*
pleniori; tum in ipsa praxi Christiana, omninò animadver-
tendum. Vid. B. Luth. præf. Germ. in Vet. Test. & Comment.
ejusdem ad Gal. c. IV. nec non Ven. D. Præsidis Thes.
fund. pag. 73, seq.

B 2

XI.No-

Quo sensu XI. *Novi Testamenti fideles* *υιοθεσιάν* acceperunt, *foe-*
N. T. fideles dere gratiæ per Christum plene aperto & consummato;
υιοθεσιάν completo nimirum determinato illo tempore, quo Christus
acceperint? Legi subjectus, plenissimè eidem satisfecit, quique sub Le-
 ge fuerant, liberavit. Confer prælibata de Lege. Funda-
 mentum *Theſews* est Gal. IV, 1, 2, seq. ubi pia mente pon-
 derandum, quod *υιοθεσιά* & τὸ τῆς υιοθεσιᾶς πνεῦμα in Scri-
 pturis Sacris, κατ' ἔμφασιν, fidelibus temporis Novi Test. at-
 tribuatur. Quod ex collatione locorum pateſcet, ad Gal.
 III, 26, coll. 25. IV, 4, 5, 6, 7. At verò sano id sensu capiendum,
 non, ac si fideles V. Test. plane non fuissent filii, (fuisse enim
 eos filios, vel ex eo clarum est, quia à Paulo dicuntur *κληρο-*
νόμοι, tales vero dici non possent, nisi forent τέκνα Gal. IV, 1.
 coll. Rom. VIII, 17.) neque ita invertendum, quasi Spiritus
 non habuissent pro modo & *mensura* Oeconomias Divinæ,
 (sicut ex multorum exemplo constat) sed, quod ad modum
 infantum, *νηπίων*, (quamvis reapse essent κύριοι πάντων) δέλοις
 imiles habiti fuerint, sub ἐπιτρόποις & οἰκονόμοις viventes, ὑπὸ
 τὰ σοιχεῖα τῆ κόσμου δεδλωμένοι, Gal. IV 1, 2, 3. Rom. VIII, 15 un-
 de etiam, veluti infantes, multis externis symbolis, typis, quin
 omni externo cultus Schemate, ceu pignoribus Gratia, ipsa-
 que terræ possessione & reliquis circumstantiis, de majoribus
 & invisibilibus donis ac beneficiis admoniti sunt; quæ, ubi
 πλήρωμα χρόνος inſecutum fuit, aboleri debuere, postquam
 onerosum illud jugum, quod etiam aliquatenus fidelibus ti-
 morem incusserat, meliori via sublatum est. Act. XV, 10. Quo
 vero sensu Paulus ad Rom. IX, 4. asserat, Israelitarum esse
υιοθεσιάν, de eo Theologorum sententiam B. Wellerus h. I.
 ita exprimit: *Caput Privilegiorum est, quod DEUS Israelitem ado-*
ptarit in filium, i. e. elegerit in populum peculiarem. Ipsam vero
N. Test. υιοθεσιάν, post mortem & resurrectionem JESU Christi
 patetactam esse, sine jugo, sine elementis, per Evangelium,
 quis

* (15) *

quis negaverit? Fideles enim jam non ad modum *νηπίων*, sed
adulterorum filiorum sese gerunt apud Patrem, & jus habent
pleno Spiritu clamandi: *ἀββὰ, πατὴρ*. Qua compellatio-
ne inter Israelitas nemini, nisi libero, uti fas fuit. Ubi de
singulis fidelibus verum est, quod Paulus dicit: 2. Cor. III, 18.
*Ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κα-
τοπιεζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφώμεθα ἀπὸ δόξης εἰς
δόξαν, καθάπερ ἀπὸ κυρίου πνεύματος*. De diversa illa circa
υἰοθεσίαν *œconomia* in V. & N. Testamento testatur S. Schmi-
dius, *Paraphrasi* in Ep. ad Gal. C. IV, 7. *υἰοθεσία accipienda est
pleniori gradu, quasi dicas: Ut in pleniori adoptionis filiorum usu
& libertate versaremur. Nam primum gradum adoptionis
filiorum, per quem filii & heredes constituimur, habuerunt fide-
les etiam ante Christum natum. De eodem pleniori gradu usus
& libertatis accipienda etiam sunt seqq. Quia vero estis filii
scilicet majorenes. Quare non amplius est servus, sed filius, scilicet
majorennis, quod si filius, scilicet majorennis, etiam heres, scilicet here-
ditatem jam possidere incipiens plenius. Item: Hic rursus do-
na Spiritus Sancti amplioris mensuræ, sub N. T. data, intelli-
genda veniunt. Neque non dici potest, quod fideles V. T. non
habuerint Spiritum Filii DEI. Itaque sub N. T. DEUS amplio-
rem mensuram, auctam donis extraordinariis, dedit, ut testa-
tum faceret, fideles jam esse filios majorenes, non mino-
rennes.*

XII. *Officium* hujus Spiritus non tantum consistit in-
nudo aliquo *συμμαρτυρίῳ* de *υἰοθεσίᾳ*, qua Spiritum nostrum
adjuvat, sed etiam in indubitata *ἀσφαλείᾳ* & inenarrabili ef-
ficacia, qua per internam *περιχώρησιν τὸν κατ' ἕσω ἀνθρώπου*
afficit, (desunt verba!) imo imbuit, ut gloriabundus *κατ' ἕω*
etiam sine omni formidine exclamare necessum habeat: *Spiritus
ἀββὰς ὁ πατὴρ*, Rom. VIII, 15, 16. Gal. IV, 6. De quo
mysterio pro dignitate B. *Dannhæverus* *Hodosophia*, p.

934, (684) seqq. qui omnino conferatur: Inter alia sic scribit: Non pulsatur solum Divinus Spiritus foris, sed intus hos pes gaudia, fiduciam excitat, talesque motus, quos Scriptura non nisi Spiritui Sancto tribuit. In verba ad Rom. VIII, 15, 16. sequentia observat: quem in totum Cajetanus notat, geminationem nominis Patris (Abba, Pater) significare firmitatem ac certitudinem fiducia. Non sane conjecturalis est opinio, quae ex dictamine Sp. Sancti fluit. Hinc efficacissima interrogatio, quis nos separabit? hinc triumphus, v. 38. hinc το πέντεςτοι conceptum de spiritualis rei ac Paulo propria persuasione &c. Per verbum, inquam, in corde seminatum atque hoc in negotio fecundum ac efficacax. Verbi huius dictamen est, DEI misericordiam non ferri in securos, atheos, impenitentes, Pharisaico fastu in flatos, sed ordini divino devotos. Nullus hic fallaci phantasia, ac inspirationibus Satanicis locus. Haecenus Dannhauerus. Imò obsignat nos DEUS hoc Spiritu, tanquam arrhabone, in cordibus nostris, 2. Cor. 1, 21, 22. Eph. 1, 13, 14. C. IV, 30. de quo idem: Arrhabo sane certissimum est signum accipiendi, quod rei promissa, vel conductae, vel acquisitae possessionem. Arrha dicit I. testimonium relativum, non solum veri objecti, sed & certi, mihi. II. Obsignativum, non tam rei, quam personae, quo persona signatur, ut sciat, se in numerum eorum adscriptam, ad quos jus aliquod pertinet: sicut aureum torquem Rex largitur suis equitibus, ut certum habeant, non tantum esse aliquos equites, quibus aliquid sit privilegii, sed ad se nominatim id pertinere. III. Representationem rei habenda: Est enim pignus quoddam representatio rei futurae, in cuius locum illud datur, ut Genes. XXXIIX. IV. Irrevocabilitatem, quoad fides ab altera parte servetur. Dum contra nudum pignus praestito promisso revocari queat. Quae omnia ad summam ἀσφάλειαν nihil faciunt reliqui. Perquam eleganter Lutherus tom. III. Witt. p. 170. f. 2. Gottes Gnade ist der Gottes = Pfening der ewigen Herr:

* (17) *

Herrlichkeit / wem GOTT hier seine Gnade mittheilet / dem sagt er auch den Himmel zu ; wer nun den Gottes-Pfenning / die verliehene Gnade von GOTT / hie wol anlegt / der ist sicher und gewiß / daß der Kauff wird für sich gehen / und er gewißlich die ewige Seeligkeit erlangen. Man pfleget gemeiniglich den Gottes-Pfenning um Gottes willen zu geben / da ist er wohl angelegt ; also sollen wir auch die Göttliche Gnade von GOTT verliehen / nirgend anders hinwegwenden / denn allein zu Gottes Ehre und des Nächsten Trost und Hülffe / und zu sein selbst Tödtung ; wo das geschieht / wird die ewige Herrlichkeit nicht ausbleiben. Christus gab Sanct Petro einen Vor-schmack seiner Herrlichkeit auf dem Berg Thabor / da er sagt / Matth. XVII. HERR / hier ist gut seyn / wiltu so wollen wir drey Hütten machen etc. und Sanct Paulus 2 Cor. XII da er zu ihm sagt : Laß dir an meiner Gnade genügen / denn meine Krafft ist in den Schwachen mächtig ; daher auch Sanct Paulus saget : 2. Tim. IV. Hinfort ist mir beygelegt die Krone der Gerechtigkeit / welche mir der HERR an jenem Tage / der gerechte Richter / geben wird. Solchen Gottes-Pfenning gibt GOTT allen getauften / dieweil sie ihn aber nicht alle zugleich wohl anlegen / überkommen sie auch nicht die Herrlichkeit und das ewige Leben.

Propriū huic Spiritui: συναντιλαμβάνεσθαι τῆς ἀδελφείας ἡμῶν,
Rom. VIII, 26, 27. καὶ ὑπερέβη συγγράνειν ὑπὲρ ἡμῶν σεναγμοῖς ἀλάλητοις κατὰ θεόν, ib. quam ὑπερέβη εὐξίν (interpellationem) rursus egregie deducit B. Dannhauerus laudatus pag. 940, sqq. (690.) *Est hac ὑπερέβη εὐξίς, ipso Apostolo interprete: I. ἀλάλητος, ac ineffabilis, mirabilis: qua fit ipsis fidelibus insciis, cum anxietate cordis obsessi tenentur, nulla profana cogitationis sorte temeranda. Nimirum qualis Spiritus Sancti est processio, qualis*

qualis in fidelibus motio, talis ἔντευξις; at ἀναλόγητος illa: balbutire tamen licet, quibus eloqui non est datum. II. Effektivā, transitivā, ac, ut sic dicam, ἑπιβλητική. Spiritus genuit pro nobis, quia gementes nos facit, ut rotunde exponit Augustin. l. II. de Trinit. c. 3. quicquid usq. Patronus ἔσ' advocatus cause praestat suis clientibus, id omne Spiritus Sanctus fidelibus, Spiritus sc. precum. Zach. c. XII, 10. confer 1. Reg 1, 14. (unde per το ὑπὲρ existimat Erasmus significari, Spiritum Sanctum veluti praefectum esse Sanctorum votis, ut ea moderetur. Cui explanationi non repugnat illa Beza ad b. l. Putarim ego potius idem declarare ἐνενα, sicut in ὑπερμαχεῖν, ὑπεραποληγείσθαι, ἔσ' similibus. Nec absurde ex Gregorio Nazianzeno: ὑπερευτυχάειν, i. e. περισσέβειν, inquit Nazianzenus Orat. II. de Fil. Est autem περισσέβειν, legatione fungi, Eph. VI, 20. Luc. XIV, 32. ubi etiam indicat, de eo dici solere, qui alium accuset: ut omnino id sit, quod Latini postulare dicunt. Nam, ut inquit Ulpianus l. 1. tit. de postulando, postulare est desiderium suum, vel amici sui, in jure apud eum, qui jurisdictione praest, exponere: vel alicujus desiderio contradicere.) Ad summam: Spiritus Sanctus clienti suo reoq. desperabundo solatia aspirat, cause suae diffidentem animat, ignorantem modum precandi docet, caeco lumen addit, consilii experti suadet salutaria, accusatum defendit, languidum ad preces excitat, infirmam ejaculationem roborat, impuram defecat, ingratam gratam facit, obscuram serenat, bebetem acuit, ignavam sublimat, ad thronum Dei adducit tardam: vincit tandem obtinet causam, consequitur vota, implet desiderium.

III. Περιχωρητική, concurrens quasi cum nostris gemitibus ad quoddam quasi commune ἀποτέλεσμα. Haec enim est συναυτήληψις depradicata in hoc eodem loco, qua συναυτιλήπτως una ἔσ' quasi è regione cum altero stat, operatur, juvat. Observa hic, inquit D. Glassius Philol. S. tr. III. c. 22. pag. 276. jucundissimam ἔσ' consolaminis plenissimam, intercessionis Spiritus Sancti ἔσ'

Et \& suspiriorum conjunctionem, \& quasi περιχώρησιν: Dum suspirant contrita \& Deo addicta per Christum anima, suspirare \& simul intercedere, ὑπερευτυχάειν, dicitur Spiritus Sanctus. Quicquid precibus deest, id gemitu sancto, in piorum cordibus, compensat Spiritus. Is gemitus non est ex natura viribus, sed ex Deo, unde ἀλάλητ. IV. Oratio formalis, locutio divina, lingua cœlestis, Deo digna, Intercessio Spiritui Sancto propria. Monet noster D. Gerhardus Harm. c. 176. p. 489. voculam παραλήτης nusquam in tota Scriptura usurpari, nisi in hac valedictoria concione Christi, in qua Spiritui Sancto tribuitur, \& in prima Johannis c. II, 1. ubi tribuitur ipsi Christo, Dei Filio. Eo ipso procul dubio significatur, consolatorem illum, de quo Christus hic loquitur, esse longissime ab omnibus personis \& rebus creatis distinctum. Hæc Gerhardus. Παρακλήτῃ etiam Pater, 2. Cor. V, 20. παραλήσει mandatoriâ; alia ratione Filius est Paracletus; alia Spiritus Sanctus; Ille ut θεάνθεωπ, mediator \& Goel, qui jure sanguinis pro suis intercedit, ac merita sua pro nobis præstita allegat. Non ita Spiritus Sanctus interpellat, orat tamen verè, sed θεοπροπῶς. Tota SS. Trinitas est terminus orationis pro nobis facta: Pater fons est, à quo omnia petuntur; Filius mediator; Spiritus Sanctus, ut advocatus è nostris stat partibus. Spiritus Sanctus, qui è corde Patris exit, calidus à corde Divino: qui cordis divini arcana scrutatur, is cor nostrum diffidens \& desperandum erigere potest, \& de corde Divino in corda nostra missus facere, ut audeamus dicere: Abba! Pater! Gemitus illius non sunt humani, queruli, εὐνόητ \& ac miseria testes, quales sunt ille Hiskia Esa. XXXIIX, 14. Apostoli, Rom. VII, 24. 2. Cor. V, 2. Phil. I, 23. Gregorius Nazianz. in anima sua ærumnis pag. m. 933. 979. 1015. conf. B. Luth. ad c. 22. Gen. fol. 158. \& ad c. 43. fol. 123. Spiritu nostro ac ore deficiente, facundi: sed Divini, purissimi sublimes, ac ideo cœlestes, quia ἀλάλητοι, ἀρήτοι, quales fuerunt ille voces,

quas in rapto suo audivit Gentium Doctor, ῥήματα, ἀ ἐκ τῆς ἑξῆς ἀν-
θρώπων λαλήσαι, &c.

IV. EFPE-
CTUS.

XIII. Procreat verò hic Spiritus a Libertatem. Non
tam ἐλευθερίαν illam, quæ obtigit per κατακρίματα & abla-
tionem, Rom. VIII, 34. (hæc enim jam tum per Justificum,
parta est) nec tam ἐλευθερίαν τῆς δόξης, quæ nihil aliud,
quam ἀποκάλυψις τῶν τέκνων θεῶ, Rom. VIII, 18, 19. suo etiam
sensu, quoad consummationem, dicta ὑποθεσία, vers 23. quàm
potius libertatem ἀπὸ τῆς νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τῆς θανάτου, Rom.
VIII, 2. ἀπὸ στοιχείων τῆς κόσμου Gal. IV, 3. V, 1. ἀπὸ ἀδενῶν καὶ
πρωχῶν στοιχείων, quibus servire cogebamur, ib. vers. 9. Ut
non simus amplius filii Agar, juxta carnem, (h. e. Legis in-
Sina publicatæ) sed Sara (Evangelii) juxta ἐπαγγελίαν. ΠΑΡ-
ΡΗΣΙΑ est, 2. Cor. III, 17. quam generat Spiritus hic Ungens,
I. Joh. II, 28. ut in ipsis adeo vinculis cum Paulo παρρησιάζε-
σθαι queamus. Eph VI, 20. I. Theff. II, 2.

β. Eι εἰρήνη, pacem, procreat: Εἰρήνην πρὸς θεὸν διὰ τῆς κυρίας
ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, Rom. V, 1. antea eramus τέκνα τῆς ὀργῆς, ὡς καὶ
λοιποὶ, Eph. II, 3. averſi à Deo per injustitiam, hostes DEI, A-
thei, bellum quotidianum urgentes adversus Eum per pec-
cata, ex carnis corruptione, Diaboli suggestione & mundi
exemplis nata. Εἰρήνην conscientiae, quæ mordebat tanquam
hostis intestinus, mille testes, sauciata menti majora infligebat
vulnera, infernum conspiciendum, quin præsentien-
dum, exhibebat. Gladium supremi Judicis jamjam vibratum
vindictam oculis sistebat. Omnia jam tranquilla sunt, non
æstuat mens, nec animus nefariis fluctibus quassatur, procel-
la fugit, serenitas reddita. Nunc halcyonia mentis. Gal. V, 22.

XIV. Nec quæcunque εἰρήνη tamen hic, sed justa &
quam adesse fas est. Nimirum ea, quæ in DEO, in anima,
in Spiritu; Nulla hostilitas, sublata arma: Non induciæ so-
lum, sed æternæ pacis suavitas. Injustam pacem hic non
requi-

* (21) *

requires. Justum quippe bellum inhonesta & turpi pace melius. In media pace (Spiritus) bellum cum carne, (συνόκη) cum Mundo (vicino) & Satana (principe Tenebrarum) gerimus ex lege militari summi nostri Ἀρχιστρατηγῆ. Pugnante enim Carne cum Spiritu acerrime; contra audentior ibit Spiritus, Gal. V, 6. Mundo impugnante: seu blanditiis, seu minis, seu insidiis, spiritum in arma vocabimus, congregietur, certabit, vincet, ἐν ἰησοῦ triumphabit. Incurfat Satanas; Assumemus πανοπλίαν Militis Christiani, quam S. Paulus servat Eph. VI, 10-18. occursantes Gladio Spiritus, Verbo Divino. Belli finis triumphus! Ex interna illa mentis tranquillitate & Pace cum Deo nascitur Gaudium ἀλάλητον, exuberans in clamores non formidolosos, non serviles, non dolorosos; sed lætabundos ἐν ἀκμῇ, filiales, fiduciales, solutum, erumpens è subtilissimo & intimo amoris Divini, Spiritum nostrum afficientis, imo imbuentis, sensu. ἡ βλάβη τῆς χαρᾶς. Hinc Gloriatio oboritur, non vana, nec ludicra aut Φανταστικῆ, sed vera, certissima, ἀσφαλῆς. Ad est hoc modo iam salutis & αἰῶνι ἐπερχομένῃς prægustus laudatissimus: spe enim jam salvi sumus. Rom. VIII, 14. Deus vero implet nos Gaudio & Pace in fide, ut plenam habeamus spem per virtutem S. Sancti, Rom. XV, 23.

XV. Gratiarum actio, preces ab amplexu filiali ortum, fumentes, Joh. IV, 23, 24. sequuntur. Accedit summus amoris Divini in nobis apex, voluntatis nostræ in Divinam resignatio, (die Göttliche Gelassenheit) ut voluntas Dei & nostra sit, (qui verus Unionis status) & cum Christo πρωτοτόκῳ vere dicamus: Tua fiat voluntas! & eam Orationis Dominicæ particulam tum demum recte intelligamus: Fiat Voluntas Tua! &c. imò quovis momento paratissimi sumus, corpora nostra tradere ad Sacrificium vivum, sanctum, DEO bene placens, tanquam λογικὴν λατρείαν, Rom. XII, 1. & συμπά-

χειν τῷ Χριστῷ, Rom. VIII, 17. concipientes mente κοινωνίαν τῆς
 δόξης μελλούσης cum Christo, ib.

XVI. Quotidie inde nova & insignia capit incrementa *Illuminatio*, ex *υιοθεσίας* fiducia sic ferè fluens: *speculum* videl. mentis, & Patris imago, est Spiritus Christi Sanctissimus, per fiducialem è verbo *apprehensionem* operatus sensim sensimque majus lumen, majoremq; splendorem; ut, ex ejus radorum receptione, augeatur in nobis cognitionis accessio, atque ita ad claritatem semper majorem veniamus. 2. Cor. III, 18.

Novis inde fructibus fœcunda etiam sese exserit *Sanctificatio*, Rom. VIII, 14. plus ultra contendens semper. Hinc tot nobilissimæ progerminant *virtutes*, quas colligat Paulus Entheus Gal. V, 22. ὁ καρπὸς &c. & Eph. V, 9. Mansuetudo excitatur, Gal. VI, 1. 1. Joh. III, 1. Fides, per Charitatem ἐνεργεμένη, Gal. V, 6. sese diffundit quàm latissime in folia, in fructus. Cant. IV, 12. seqq. Conf. 2. Petr. I, 5, 6, 7. Brevibus: Qui Christi sunt, carnem crucifixerunt, & quovis momento crucifigunt, σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις, Gal. V, 24. qui vivunt Spiritu, ambulant & Spiritu, ib. vers. 25. adeoque non sunt κενόδοξοι, ἀλλήλους προκαλέμενοι, ἀλλήλοις φθονῶντες, Gal. V, 26. Sed τὰς πράξεις τῆς σαρκὸς θανατῶσι. Rom. VIII, 13. Imo eo ipso, dum Christus in iis, corpus eorum mortuum est propter peccatum; Spiritus verò vita est propter justitiam. Per Legem (Christi, fidei) Legi (operum) mortui, ut DEO vivant, cum Christo crucifixi sunt, Gal. II, 19. Vivunt, sed non illi ipsi ex se, verum Christus in ipsis vivit, v. 20. quod enim nunc vivunt in carne, vivunt fidei in Filium Dei, qui eos dilexit, & se ipsum propter eos tradidit. Sunt Amici Jesu, si id, quod præcipit, agant, non servi, qui, quæ Dominus agit, nesciunt; Illi vero per Christum norunt omnia, quæ is à Patre audivit, Joh. XV, 14, 15. coll. Rom. VIII, 15, seqq. Quid mul-

multis? ἀναπληρῶσι τὸν νόμον τῆ χειρῶν, Gal. V, 12. Egregie Divinus Paulus: μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους, ὁ γὰρ ἀγαπᾶν τὸν ἕτερον, νόμον πεπλήρωκε, Rom. XIII, 8. Πλήρωμα τῆ νόμου ἀγάπη, vers. 10. Καὶ ὅσοι τῶ κἀνωνι τέτω &c. Gal. VI, 16. Collimant eò tot paræneses & adhortationes Apostolica: Eph. IV, 23. *Renovamini Spiritu mentis vestra &c.* & alibi innumeræ alia.

XVII. Occasio hic foret genuina & percommoda, *Testimonia Doctorum præmittuntur.* præcipuorum Patrum ac Doctorum Ecclesiæ, tam Veterum, quam recentiorum, circa hanc doctrinam, hæctenus è Scriptura Sacra ostensam, adducendi testimonia, sed cum properandum & tempori parcendum sit, illa hac vice omittimus; præter alios commentatores, hęc de argumento, *Lutherum*, inprimis Tomo III. Jenensi Latino fol. 473. in caput Esa. LXV. &c. *Joh. Arndii Scripta, Scriberi, &c. Lütke-
manni*, Divini Spiritus pondere ac dulcedine gravissimam meditationem XX^{am}. part. II. von der Versiegelung des Heiligen Geistes/ oppido legendam, pia castaque mente, commendantes.

XIIX. *Certitudo inhabitationis* seu ἐνστάσις hujus Spiritus ex effectis & signis evidens evadet. *Effectus* jam tetigimus, repetendos ad hunc locum; *Κριτήρια* ergò cætera paucis delibare juvat:

I. Ut τὸ Φρόνημα τῆς σαρκὸς infert κατὰ σάρκα ὄντας; ita Φρόνημα τῆ πνεύματι testatur περὶ τῆς ἐστάσις κατὰ πνεῦμα, Rom. VIII, 5.

II. Non juxta carnem vivere, adeoque debitorem carnis esse, sed Spiritu πράξεις τῆ σώματι θανατῶν, Rom. VIII, 12. seq. Summa: Πνεύματι σοιχεῖν, Gal. V, 25. quod per species declarat Paulus v. sequ. & cap. sequente addens in fine vers. 16. & ὅσοι &c.

III. Agi Spiritu Dei, Rom. VIII, 14.

C 3

IV. Μη

IV. Μὴ συχηματίζεσθαι τῷ αἰῶνι τούτῳ. Ἀλλὰ μεταμορφώσθαι τῇ ἀνακαινώσει τῆ νοῦς εἰς τὸ δοκιμάζειν τί τὸ θέλημα τῆ θεῶ τὸ ἀγαθὸν ἢ εὐάρεστον ἢ τέλειον, Rom. XII, 2.

VI. CON-
TRARIA.

V. Τεκμήριον denique etiam manifestissimum est, quod à filiis hujus mundi, (οἱ κατὰ σάρκα γεσσηθέντες) omnes isti κατὰ πνεῦμα ὄντες, ζῶντες ἢ περιπατῶντες, continuis persecutionibus afficiantur. Gal. IV, 31.

XIX. *Contrariatur* huic Spiritui πνεῦμα τῆ κόσμος, 1. Cor. II, 12. ἢ ἄρχοντῶ τῆ κόσμος, qui regnum suum habet in infidelibus, Eph. II, 2. Σὰρξ, Rom. VII, 5. 9. è quibus ceu fontibus, profluunt: τὰ τῆς σαρκὸς φρονεῖν, ib. κατὰ σάρκα ζῆν, 12. & 13. ὀφειλέτας εἶναι τῆ σαρκί, vers. 1. & 12. ἔργα τῆς σαρκὸς. Ἄτινά ἐστι, μοιχεία, πορνεία, &c. Gal. V, 19, 20, 21. τὰ ἔργα τὰ ἀκαρπια τῆ σκότης, Eph. V, 11. &c. vid. omnino Paulum ad Eph. II, 1-4. Nec alienum est, quod Apostoli opponant τῷ πνεύματι τῷ ἐκ θεῶ ipsum πνεῦμα τῆ κόσμος, 1. Cor. II, 12. &c. & τὸ τοῦ ἀληχιρίστου, 1. Joann. IV, 3. De πνευμασίσομάχοις ad Elenchum nonnulla rejicimus.

VII. FINIS.

XX. In hac vita habemus tantum τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματῶ, & hinc est, quod αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν υἰοθεσίαν (h. e. plenam υἰοθεσίας ἀποκάλυψιν ἢ δόξαν εἰς ἡμᾶς) ἀπειδεχόμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματῶ ἡμῶν, Rom. VIII, 23. & Gal. V, 5. coll. 1. Joh. III, 2. unde, quod supra de officio hujus Spiritus dictum, liquere penitus existimo. Dicitur namque arrhabo, arrha, Spiritus obsignans, ad certum nimirum finem eos, qui filii Dei sunt, qui (finis) est vitæ æternæ, (quam hic possident ipso jure ac spe, scil. cum rei primitiis conjuncta, Rom. XIV, 17. Spe, quæ non differt à re, nisi, ut pullus intra ovum, & pullus exclusus; vel ut infans intra uterum jacens, & jam editus, 1. Joh. III, 2. quæ elegans B. Dannhaueri est comparatio Hod. Ph. XI, pag. 1404.) plenissima fruitio & consecutio, quam sine hoc Spiritu nemo consequetur.

Notan-

* (25) *

XXI. Notandi hic forent πνευματομάχοι sua serie, maxime, qui sua peste doctrinam hanc ipsam de Spiritu, & quæ huic sunt affinia, contaminare aggressi sunt; verum potiora jam adduxisse tantum nomina, sufficiat. Inter primos *Simon* ille *Magus* occurreret, qui, cum ab Apostolis emere Spiritum Sanctum argento voluerit, sceleri, de suo nomine nomen fecit, quod in Romana curia, quasi hæreditarium, mansit, & in omnibus aliis, qui sanctificam Spiritus Sancti vim proprio humanorum studiorum & mundanorum præsidiorum apparatu exhaurire se posse, confidunt, conspicuum est; de ipso vero Simone Mago conferendus *EPIPHANIUS*, *AUGUSTINUS* de Hæres. *DANÆUS* in Comment. ad eundem, *PHILASTRIUS*. Superfedemus commemorare, plures è Judaismo & variis Philosphorum Gentilium scholis ad Christianismi professionem grassantes variorum hominum greges, qui se ipsos πνευματικός, alios verò ψυχικός, nominabant, tandem communi *Gnosticorum* nomine notatos, qui impuræ vitæ nescio, quam? ψευδώνυμον γνώσις & Spiritus prætexuisse perhibentur. Neque *Noëtianis* immorabimur, asserentibus, Christum eundem ipsum esse Patrem & Spiritum Sanctum, itaque hunc ipsum esse visibilem & invisibilem, mortalem & immortalem, patibilem & impatibilem, in cœlis Deum, in terris hominem ex Maria Virgine: Trinitatem non *Personis*, sed *officiorum* tantum nominibus differre: de quibus *AUGUST.* cit. lib. *PHILASTRIUS*, *EPIPHANIUS*. *Montani* asceclæ, docentes adventum Spiritus Sancti, à Domino promissum, in se potius, quam in Apostolis ejus, fuisse completum, *Montanum* ipsum pro Paracleto habentes, unde & ipsi *Spirituales* dicti, apud laudatos Scriptores videantur. *Monarchicos*, *Sabellianos*, *Photinianorum* progenitores, insanosque *Enthusiastas*, cum cæteris non tangimus. Horum superiori tempore multi *Anabaptista* similes

les erant. Quibus quasi ultimum infernalis veneni complementum accessit per *Socinum* & ejus complices, quorum notiores sunt hypothesefes, quàm ut referri debeant. De prioribus adversariis veri dogmatis de Spiritu Sancto in univrsam accurate egit *Forbesius à Corfe*, Presbyter & SS. Theologiae Doctor &c. Instructionibus Historico-Theologicis. In *Papismo* verò summum apicem $\mu\upsilon\sigma\eta\pi\iota\varsigma\ \tau\eta\varsigma\ \alpha\sigma\epsilon\beta\epsilon\iota\alpha\varsigma$ etiam circa hoc dogma reconditum esse, patet vel ex eo solo, quod solus ille in scrinio Pontificalis pectoris Spiritum esse dicitur, cetera Ecclesiae membra mortua, & Spiritu Sancto vacua, relinquens. Ita & contra *Andradium*, Concilii Tridentini interpretem, B. M. *Chemnitius* queritur in Exam. Concil. Trident. de *Fide Justificante*, quòd ille in *dulcissimas* de adoptionis Spiritu sententias tam injurius fuerit, qui prode-
re non vereretur, *ridiculè magis, quàm acutè dici, credentes inde etiam certos reddi de reconciliatione, quòd Spiritus Sanctus id intus in animo testetur; quia sine peculiari revelatione nemini certò constare posset, illam, quam multi sentiunt, mentis testificationem, esse Spiritus S. voces.* Et certum quidem est, inquit *Chemnitius*, non omnes humani animi cogitationes & impetus, esse motus & impulsus Spiritus Sancti: sed quia verbum Evangelii est ministerium Spiritus, 2. Cor. 3. Joann. 6. & ex auditu Spiritus fidei accipitur, Gal. 3. testificationem igitur in mente credentium, ex fide secundum promissionem Evangelii conceptam, certum est esse obsignationem Spiritus Sancti, sicut *Paulus* inquit: Postquam credidistis, obsignati estis Spiritu promissionis Sancto, Ephes. I. *Andradius* verò vult, hac judicari non secundum verbum promissionis, sed expectandas esse peculiare revelationes alias, sine quibus ambiguam, dubiam & incertam, forsan etiam falsam esse credentium fiduciam, ipsam etiam obsignationem Spiritus, de qua *Paulus* loquitur. In hunc denique $\pi\upsilon\sigma\mu\alpha\tau\omicron\mu\alpha\chi\omicron\nu$ censum referendi, quicumque præsumunt de se, quod summa Spiritus

tus

* (25) *

tus mysteria proponere, & controversa de iis dogmata di-
judicare queant; (ad quam κρίσις omninò requiritur υἱὸς
Χριστοῦ, 1. Cor. II, 14. 16. è Regenerationis Spiritu fluens,) ipsi
tamen carnales carnali sensu & mente invadunt sanctuari-
um, sine abnegatione & salutari receptione hujus υἱοθεσίας
Spiritus. Unde postea labes Ecclesiarum, & veræ de Spiritu
Sancto, ejusque mysterio in fidelibus, doctrinæ perversio,
& tandem amissio, aboritur. Sed hæc ἐν παράδοξῳ.

XXII. Carpamus jam fructus ex hoc de υἱοθεσίας Spi-
ritu dogmate, quos tamen non larga manu admetiri, sed
digito tantum indice hac vice unum alterumve notare, no-
bis est concessum. Ante omnia verò laudati Chemnitii
Harm. Evang. C. XLVI. pag. 571. pium ac necessarium moni-
tum præfigimus: *Beneficia P. F. & S. Sancti non in otiosis dispu-
tationibus, sed in praxi Articuli justificationis exercenda esse: ita*
enim fore, ut tum demum rectissimè intelligantur.

XXIII. Quantum illud τῆς υἱοθεσίας axioma! Κοινωνίαν
non Regii tantum, quæ inter humanas maxima judicatur,
1. Sam. XIIII, 18. sed cœlestis originis secum fert! Quanta hic
Abyssus Misericordiæ divinæ patet! E Satanæ schola, fami-
lia, tyrannide exemptos, non οἰκείως modo τῷ Θεῷ, sed ipsos
filios, ipsa nos Tempa, Christum primogenitum Fratrem,
Sanctos cohæredes, Angelos συνδούλους fieri! Nusquam vera
libertas, nisi in istâ statione. Peccatum jam non domini, sed
hostis, huius virtute Spiritus expugnandi, rationem subit,
cum quo gravissimis armis pugnat Fidelis: ἑδὲν κατάκριμα
jam τοῖς ἕσιν ἐν ἰησοῦ Χριστῷ Pater an ne liberos condemnet?
Minime: in primogenito nimirum sibi reconciliatos, cujus
Spiritus, mentem, adfectum induerunt: novumque adeo
cum nova dignitate nomen, rei arctissimè nexum, accepe-
runt! Prius mancipia Satanæ, servi peccati, αἰμαρταλοὶ; nunc
filii Dei, servi justitiæ, sancti; En hic ψῆφον λευκὴν, ἐπὶ τὴν ψῆ-

D

φον

Φον ὄνομα καινὸν γεγραμμένον, ὃ εἰδείς ἔγνω, εἰ μὴ ὁ λαμβάνων.
 Ap. II, 17. Sed maximum illud κληρονομίας momentum est,
 quod hæredes scribuntur omnium Dei bonorum. Nulla
 per universam Scripturam S. est promissio, quam sibi fa-
 ctam, non queant esse certi: unde κληρονόμοι τῆς ἐπαγγελίας
 ad Ebr. VI, 17. dicuntur. Hinc μέγιστα καὶ τίμια ἐπαγγέλμα-
 τα data 2. Petr. I, 4. dicuntur credentibus, ἵνα διὰ τούτων &c.
 Sed, ais? qua ratione in statu tentationis, ubi omnia incer-
 ta videntur, ipse Spiritus silet, ubi deseruisse videtur, certus
 de salute, de adoptione esse, poterō? Resp. illo temporis mo-
 mento αἰδοῦσις Spiritus, non χεῖσις cessat, & semen solatii,
 1. Joh. III, 9 in anima manet reliquum, eo usque, dum vo-
 luntas tua sincere in intimo cordis adyto se ipsam à Deo non
 avertat. Hyberno tempore arbor foliis fructibus, flore ca-
 ret, nec succo tamen & vita radix destituitur; ita in tentatis
 vel in oculatissimo cordis DEUS vitalem servat radicem.
 Solis radii nube abscondi, ipse tamen ejus influxus & in hæc
 inferiora vires cohiberi nequeunt; ita, cum faciem ipsius
 Spiritus subtractam sentiunt fideles, virtute tamen ejus ser-
 vantur. Quin imò illa ipsa, ut videtur, Gratia abstractio
 majoris Gratia incrementa confert: Excitat nimirum in
 Anima adflicta majus Gratia desiderium, humilitatem, majo-
 rem sui contemptum omnium propter DEUM, qui solus ani-
 mæ interiora satiat, abnegationem. Augentur preces, su-
 spira acuuntur, clamores Spiritus provocantur. Cum
 ergò testimonium Spiritus Tibi abesse videatur; Cor tuum
 exactius scrutare, mentem excute, in Temet ipsum descen-
 de, fructus tuos examina; & experiere, cujus Spiritus sis fili-
 us? Nimirum hic ipse Spiritus non tantum tum adest, cum
 αἰδοῦσως animam afficit, & reflexo animi motu de præsentia
 & communionem cum Deo testatur, sed & tum vel maxime,
 cum circa miseriam tuam gemebundus versaris. Contriti
 cordis

(27)

cordis vasculo maxime receptus, & in mediis anxietatibus, Spiritus est & ἐλέγχων περὶ ἁμαρτίας, &c. & παρακαλῶν. Nunquam fides majori radiat lumine, quam cum ex istis tenebris quasi sol è nocte emergit. Nunquam efficacius operatur hic Spiritus, nisi, cum non sentitur. Necessaria scitu etiam hæc divina est œconomia: Nimiis solatiis & gaudiis Spiritus subinde securi & languidi, *ex accidente*, efficiuntur. Preces pœnitentia, lacrymæ, nunquam fœcundiori matrice gaudent, quam; cum ista contritio pectus afficit, Ps. LI, 10. Eheu! quam facile donum Spiritus amamus, Spiritum ipsum non tanti æstimantes; unde, ut DEUM & Spiritum non propter donum, sed se ipsum desideremus, donum subtrahit, ipse manet; visionem negat, unionem non divellit. Hæc Gratia vel subtilissimos carnis & rationis sensus in adyta Spiritus irrumpentes coercet, ut vere πνευματικὰ sint omnia Christianorum i. e. Spiritu Christi unctorum, officia, actiones mores motusque. Quid? Quod κριτήριον inseparabile filiorum Dei sit ὑπομένειν παιδίαν, ad Hebr. XII, 7, seqq. Quam qui recusat, νόθος, & ἕχ ὑὸς est.

Memores ergo vestri axiomatis, o filii Dei, è cœlo nati, ad cœlos prædestinati! calcate terram, mendaciis & ἐπιθυμίαις obsitam. Omnibus ac singulis Saranæ, carnis, mundi tentationibus obvertite axioma vestrum ὑποθεσίας, cujus vel sola dignitate expensa omnes peccatorum illecebras ab gere potestis, longe infra vos vestramque dignitatem constitutas, vosque è felicissimo statu ad miserrimum cujuscunque infortunii barathrum abjicientes. Sit vobis honori, Ostratio inscribi eò, quod terrestre vitiorum commercium averstantes soli, præ reliquis in Christianismo generoliori excellatis, nimis, ut ajunt *SPIRITUALES*. Ad summam, studere Spiritui, non carni, ut pensis vestris omnibus absolutis, Spiritu Domini Cœlesti, ad cœlos ducti, πολίτευμα vestrum ac βρα-

* (28) *
Deior studiorum nacti, pacem & gaudium, in Spiritu Sancto,
gustetis æternum.

Tu vero, Alme Spiritus, sine cuius Numine nihil est in
homine, Patris Filiique æterno halitu spirare, exspirabilis
nunquam, Animæ nostræ hospes intime, habita, quaeso, in
nobis, qui habitamus eheu! inter Spiritûs tenebrarum, tuo-
que exorcismo longissime depelle Spiritum Tibi inimicum,
nobis exitiosum: ad Te, Sanctum πνεῦμα, anhelat è pro-
fundo nostra indigentia cum *August. Conf. L.ii. C.2. Domine
Deus noster intende orationi nostræ, & misericordia tua exau-
diat desiderium nostrum, quoniam non nobis solis astuat, sed u-
sui vult esse fraternæ charitati, & vides in corde nostro, quia
sic est, ut sacrificemus Tibi famulatum cogitationis & lingua, &
da, quod offeramus Tibi: circumcide ab omni temeritate omnique
mendacio interiora & exteriora labia nostræ, sint castæ deliciae
nostræ Scripturae Tuae, nec fallamur in eis, nec fallamus ex eis.
Domine attende, ò lux cæcorum & virtus infirmorum! Vide do-
mine Deus noster, unde sit desiderium nostrum! narraverunt
nobis injusti delectationes tuas, sed non sicut lex tua, Domine.
Filius dextræ, Dominum nostrum Jesum Christum, in quo sunt
omnes thesauri sapientiæ reconditi, in libris Sacris querimus, per
illum nos questivisti non quærentes Te, questivisti autem, ut quæra-
mus Te. Vides Domine Deus noster, unde sit desiderium
nostrum, & exaudi! Quo Augustini flagrantissi-
mo suspirio desinam.*


SPIRITUI SANCTO
cum Patre & Filio
sit Gloria in æternum!
Amen.




a-
o,
ca
e-
a-
r,
i-
d
n
e
i
.
s









honn Dissertatio de Spiritu Moderationis occasione
dicti 2 Timoth: 1. 7.

veritas christiane Religionis ipsis iudicium
obsecrationibus confirmata expofitay.

hinc Thefes Theologicae de Myfteris concio
ex utray epiftole ad Corinth: potiffimum derivatae
opu digne a fidelium